



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Micrologvs|| De Ecclesiasticis|| Observationibvs.||

Bernoldus <Constantiensis>

Antverpiæ, 1565

39. De octaua Domini

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63426](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-63426)

gruum videatur, si idem officium in alia
Dominica ut ecclesiastico conuentui sa-
tisfiat, repetatur.

5 *De octaua Domini,*

C A P . XXXIX.

IVXTA Romanam auctoritatem, nō
officium Puer natus est, sed Vultū tuū,
vt in graduali libro habetur cū Alleluya,
10 Post partum virgo, cantamus orationem
Gregorianam: Deus qui salutis æternæ,
nō illam, Deus qui nos Natiuit. dicimus.
Et notandum huius octauæ officium eui
dentissimè de sancta Maria agere, Vnde
15 & Romani ea die ad Sanctam Mariam
stationem faciunt, nec immeritò: nuper
enim cùm nativitatem Domini celebra-
remus, nullum tam speciale officium ma-
tri eius attribuere potuimus. Vnde non
20 incongruè illam specialiùs in octaua Do-
mini veneramur, ne solemnitate Filij sui
expers esse videatur, quām tum in eadem
solemnitate post Dominum maximè ho-
norandam esse non dubitamus. Matuti-
25 nales quoque laudes huius octauæ de san-
cta Maria agunt expressissimè. Vnde &
illa responsoria de Nativitate Domini,
quæ

Vide Guil. Du-
ranti. Rationa-
le diuinorum.

quæ de sancta Maria cōmemorant, huic
dīei congruē attitulantur , ne à Grego-
riano eiusdem dīei officio discrepemus
in aliquo.apertē autem omnia in hunc
modum ordinari possunt . Ad vesperam⁹
Antiphon. Tecum principium,cum reli-
quis. Responsorium , Congratulamini.
Hymnus , A solis . Antiphona Magnum
hereditatis. Inuitatorium, Christus natus
est . Antiphona Dominus dixit. Anti-
phona , In sole. Antiphona , Eleuamini.
Responsorium Descendit. Respōsorium,
O magnum . Responsorium Sancta &
immaculata. Antiphona, Speciosus. An-
tiphon. Rex omnis. Antiph. Suscepimus. Respon-
sorium Beata & veneranda . Re-
sponsoriū Congratulamini. Respon-
soriū Cōtinet in gremio. Antiph. Homo
natus. Antiph. Exultabūt. Antiph. Notū
fecit. Responsorium Cōsummatum. Re-
sponsoriū Nesciēs mater . Responso-
rium Verbum caro. Matutinales laudes, O ad-
mirabile, per ordinem. Exēdem Antiphon-
næ in secunda vespere super psalmos de
Natiuitate Domini leguntur. In Euange
lio Antiphona, Qui de terra est. In Domi-
nica autem post Natiuitatē Domini ita
ordi-

Ita vocat Anti-
phonā ad Ma-
gnificat & hic
& infra.

ordinabitur: In uitatorium Christus natus est, Psalmi Dominicales, cum tribus Antiphonis de Natiuitate Domini. Responsor. Descedit. Respon. Quem vidi-
 stis. Respon. O magnum. In 2. noctur. Re-
 sponsor. Continet in gremio. Respon. Confirmatum est. Respon. Hic qui adue-
 nit. In tertio nocturno. Respōsorium. Ec-
 ce Agnus dei. Respon. Benedictus. Resp.
 10 O regem. Matutinales Laudes, Quem
 vidiſtis. In Euangelio, Dum mediū. No-
 tandum autem in octauia Domini no-
 cturnalem tantum de sancta Maria mul-
 tum agere. Quia & diurnale officium in
 15 honorem eius videtur institutum. In Do-
 minicali autem nocte non tam de sancta
 Maria, quam de Natiuitate Domini
 agimus, quia & in diurnali officio specia-
 liter de Natiuitate Domini commemo-
 ramus: est autem traditio sanctorum Pa-
 trū, ut in huiusmodi festiuitatibus officio
 Missæ per reliqua concordemus officia.

Officio Missæ
reliqua corre-
spondere debet
officia.

De Epiphania.

CAP. XL.

25 Si vigilia Epiphaniæ in Dominicam
 euenerit, in nocte, ut predictum est, cani-
 mus. In die quoque officium, Dum me-
 dium,